



PORTUGALLIA ET ALGARBLA.

montem Castelli sensim ad S. Rochum ascen-
dit, rursusque per angustam vallem ad ripam
fluminis defecit. Sextus mons dicitur vulgo
das Chagas, id est, quinque plagarum Domini:
propter Ecclesiam quam hic nautici homines
ædificarunt, qui nempe in Indiam navigant. Se-
ptimus est S. Catharina montis Sinai, qui ver-
sus Occidentem à sexto amplissima valle divi-
sus. Horum quinque firmo muro cincti sunt, in
quo septuaginta septem edita turrem assurgunt,
porta vero sunt ad ripam fluminis viginti due,
adversus mediterranea septemdecim. Maxima
hujus civitatis vis est in maritimis expeditioni-
bus, ob navium multitudinem & robur. Fidem
facit, quod anno 1588 in formidabili illa classe,
qua Angliam invadere decreverat Philippus
Hispaniarum Rex, tredecim fuere Portugalli-
æ, qua Zabré, qua Galeones, inter quas emi-
nebat Galeon S. Martini, qua Dux Medina
hebatur, & milites mille; & S. Ioannis, qua
octingenti milites; & denique S. Matthæi, qua
sexcenti. Armamentaria habet plurima, omni
bellico apparatu instruta. Portu claret famo-
sissimo, quem Tagus efficit, qui quindecim aut
viginti milliaribus maximis navibus navigabi-
lis est.

Ebora. Ebora sita est loco campestri, situ plane
ameno, lata & porrecta planicie, quæ impen-
dentibus undique montibus clauditur.

Coymbra. Coymbra in rupe sita est, undique olivarum
silvis vinetisque cincta, ad amnem vulgo Mon-
dego dictum.

Portus. Portus habet Portugallia nobiles, quorum
primus Setubal viginti ab Olyspone milliar-
ibus, versus Austrum. Secundus est quem Du-
rius fluvius aperit. Tertius, Tagi est ostium.

Regimen. Regimen Portugallæ regium est, & absolu-
tum, non minus quam reliqua Hispaniæ. Re-
giam aulam comitantur aliquot tribunalia, quorū
primam & principale vocatur *Tribunal relationum*, & domus Supplicationum, vulgo
Caza de Supplication. Constat judicibus, qui de cau-
sis criminalibus judicant, necnon de causis fili-
calibus & veſtigialibus regiis. Alterum est Tri-
bunal rerum civilium, *Caza de Civil*. Tertium est
majoris autoritatis, quod appellant *Defembargo*
de *Paco*, id est Palati. Hoc in omnes totius regni
judicūm actiones inquirit, easque ad propius
revocat examen, privilegia à Rege impremita
promulgat. Est & aliud tribunal, cuius judices
cognoscunt & judicant de omnibus causis, quæ
ad coronam pertinent, sive Rex auctor sit, sive
alii, qui quid à Rege in judicia petunt. Habet
eadem aula Cancellarium majorem, & tribu-
nal quæstoriū, ipsi vocant *da Fazenda*, quod
conflat tribus proceribus principalibus, qui
Viedores da Fazenda, *Quæstores*, uti opinor,
ærarii appellantur. Est & tribunal, sive Confi-
lium Status, in quo ea negotia tractantur, quæ
bellum ac pacem concernunt. Est & tribunal
Rationalium, quod vulgo *Caza dos Contos* appel-
latur, in quo rationes redduntur redditum &
bonorum regalium. Hujus caput quæstor ma-
ximus dicitur, *Condator major*.

Portugallæ regnum initium cepit ad hunc
modum: Quum Henricus Lotharingia Co-
mes res ingentes contra Mauros in Hispania
gesellset, præmium virtutis ac laborum Alfon-
sus VI Castellæ Rex Tireiam filiam notham
ei dedit in matrimonium, dotemque apposuit
eam Hispaniæ partem, qua nunc Portugallia
dicitur. Hujus filius cum quinque Reges Man-
orum uno prælio fudisset, Rex primus Portu-
gallæ est appellatus circa annum 1110, habuit
que successores continua serie, donec ultimo
rege Sebastiano in Africa cæso, regnum ar-
mis occupatum ad regem Castellæ recidit.

Fluvii hujus regionis sunt Ana sive Guadiana,
quasi dicas, aquam Anæ, Tagus, qui Castellanis
Taio, Lusitanis Teio dicitur, Mondegus, Durius,
& Minius. Præcipiuus Tagus est, quem fulvo de-
currere limo, aureasque arenas eruunt Poëtae
fabulati sunt, pari veritate, qua de Pado Ita-
lia, Hebro Thraciæ, Paetolo Afriæ, Gange In-
dia idem canere amant. Ana Laminitano agro
citerioris Hispaniæ ortus, modo se in stagna
fondit, modo in angustias resorbet, aut in to-
tum cuniculis condit, siveque nasci gaudet,
donec Emeritam præterlapsus in Atlanticum
Oceanum effundatur.

Magnates Portugallæ è Damiano à Goes hi-
recentur. Comes stabilis regni, Dux Brigantia, Dux Colimbrensis, Dux Viseensis, Dux
Trancosensis, Dux Barcelensis, Dux Averen-
sis, è familia Alencastria, Marchio de Villa
Real, Marchio de Tores Novas, Marchio de
Monte Major, Marchio de Ferreira, Comes de
Marialva, Comes de Tentugal, Comes de Pe-
nella, Comes de Alcontin, Comes de Portale-
gre, Comes de Feira, Comes de Lonte, Comes
de Mon sancto, Comes de Faro, Comes de Ar-
ganil, Comes de Abrantes, Comes de Vimioso,
Comes de Villa nova, Comes de Lintiales,
Comes de Vidigeira, è familia Gamæ, Comes
de Sortella, è familia Silveira, Comes de Ca-
stanheira, Comes de Prado, Comes de Redondo,
Vicecomes de Lyma, Baro de Alvito.

Prælati Portugallæ eorumque reditus sunt:
Archiepiscopus Olyspone 16000 duc. Ar-
chiepiscopus Bracharense duc. 12000: Epis-
copus Eborense 2000 duc. Episcopus Visei
8000 duc. Episcopus Guardianus 5000 duc.
Episcopus Conimbricensis 12000 duc. Epis-
copus Portuensis 4000 duc. Episcopus Lame-
gensis 6000 duc. His addit Damianus à Goes
Archiepiscopum Funchalensem 8000 duc. Epis-
copum Septensem 2000 duc.

Sunt infuper in Portugallia quatuor ordines
militares, S. Ioannis, qui novemdecim Commen-
das habet & duas Ballivias: Christi, qui centum
& quadraginta Commendas amplectitur, aut
circiter, plerasque valde opulentas. Aviſi, S. Iacobi.
Horum

*origo
geni*

fluvii

*magni-
tudo*

*aeris &
foli indoles*

præficio


Alentejo

Hispania

PORTUGALIA,¹⁴

nec non

ALGARBLA.



Nomen.

Fines.

*Magnitu-
do.*

*Aeris &
foli indoles*

Divisio.

Alentejo

Hispania

Portugallæ nomen recentius est, vel à portu Gallorum, vel à Cale portu, qui olim pescationis gratia frequentari solitus, postea in civitatem opulentissimam evasit, totique regno nomen & appellatio-
nem dedit. Lusitaniam veteres dixerunt, à Lufo & Lusa Bacchi comitibus, ut ex Varronis sententia referunt Plinius & Martianus. Circumscribitur, inquit Thuanus, à Septentrione Du-
rio flumine, inde ab ipsius offio ad eum usque pontem, qui Septimanicis adjacet: ab Occasu ea Atlantici mari parte, quæ Anæ & Durii ostia intrat: à Meridie Bætica, ab Ortu provinciae Tarracenſi claudit, linea ab Oretanis ad eum pontem ducta, cujus ē regione Septiman-
cæ sunt. Angustioribus olim limitibus, quam nunc, continebatur.

Totum vero Portugallæ regnum longum
est nonaginta leucas, latum quinquaginta: am-
bitu suo complectitur ducentas & octoaginta.
Aëre valde salubri fruuntur, utpote qui ventis
marinis multum eventilatur. Solum magna sui
parte montosum, præsertim in Algarbiæ, fru-
ctus producit longe perfectissimos. Abundat
oleo, vino, melle. Frumenti nonnulla penuria
laborat, quod plerumque à Francis & Septen-
trionalibus populis accipit. Nec expers est me-
tallorum, auri, argenti, aluminis, marmoris can-
didi & vari. Sericum habet excellens, maxime
in Braganza regione. Copiam salis non modo
fibi, sed & exteris sufficit. Piscosa admodum est
ora, & thynnorum capture nobilis; habentque
hic piscem, quem alibi vix reperias, sole & simi-
lem, quem ipsi vocant *Azeviam*. In hoc regno
tanta est olei copia, ut singulis annis supra tria
millia doliorum in Belgium solum evehantur.
Non minus & frumento abundaret, si agri debita
industria colerentur. Piscatio sardinum
(ita minutum quoddam piscium genus vocant)
hic admodum locuples. Nam ex sola urbe Oly-
spone interdum supra centum minora navi-
gia simul ad hanc pescaturam solvunt. Pecorum
præterea & armentorum hic ingens copia.

Dividitur in sex provincias. Prima vocatur
Alentejo, id est, Trans-Tagana, respectu urbis
Olyspone, & pertinet à Cimes pago ad ci-
vitatem Elvas, occupans totam regionem, quæ

Hispania.

jacet inter Tagum & Anam, & reliqua munici-
pia cum pagis, que trans Anam sunt, ab Alco-
tim usque ad Olivenciam, inter quæ sunt famo-
sa oppidula Cerpa & Moura. Pars hæc longa
est leuc. 36, lata 34. Secunda appellatur Eſtrema-
dura, quæ ad mare quidem à Cascais pertinet
ad Mondeg; intra continentem autem linea
imaginaria claudit ab Abrantes ad Coym-
bre pontem, tenetque in longitudine 35 leucas,
in latitudine 18. Tertia dicitur Beira, atque à
Coymbra excurrit ad Guardam, continetque
totam illam regionem, quam vocant Ribeira de
Coa. longa est leucas 34, lata, si numeres ab
Aveiro ad Tourones, 33. Quarta, inter Durium
& Minium extenditur, pertinetque ab oppido
Porto ad Valençam super Minium; longa leu-
cas 18, lata 12, ubi latiflamma: nonnusquam tan-
tum octo. Exiguo hoc spatio monasteria habet
centum tringa, optimis redditibus dotata; &
mille quadringentas sexaginta Ecclesiæ paro-
chiales, præter Bracarensem metropolitanam,
& Episcopalem Portuensem. Plus quam quin-
que mille fontes perennes habet, portus sex,
pontes faxeos ducentos. Quinta appellatur Tran-
montana, à fluvio Tamaga ad Episcopatum
montana. Miranda extensa, longitudine 30 leucarum, la-
titudine viginti. Sexta regnum Algarbiæ, quod
à Ceixe pertinet ad Castromarinum, è régiōne
Ayamontii; longa 27 leucas, lata 8, ubi lon-
gitudo & latitudo maxima.

Complectitur octodecim civitates, & multa
ac grandia satis oppida. Civitarum tres sunt
Archiepiscopales, Olyspopo, Ebora, & Braga sive
Bracara. Novem Episcopales, Miranda, Porto,
Coymbra, Lamego, Viléu, Guarda, Portalegre,
Elvas, & Leiria: reliqua quinq; sunt Bragança,
Beia, Tavila, Lagos, Fares, & Sylves; quarum
quatuor posteriores sunt in regno Algarbiæ, &
sub uno Episcopatu comprehenduntur.

Metropolis est Olyspopo, hodie Lisboa, septem
satis altis montibus superstructa, quorum non
modo convalles, sed & clivos occupat. Primus
est S. Vincenti ad Orientem, qui Maurorum
temporibus extra civitatem fuit. Secundus
mons ad Occidentem est prioris, ad portam
S. Andreæ ascendens. Tertius, qui altissimus, &
undique præcepis, munitissimum habet castel-
lum, altis turribus & muris cinctum. Quartus
dicitur S. Anna, estque triangularis formæ, &
medius inter Castelli montem & S. Rochi.
Quintus est S. Rochi, qui à porta Do Ouro se-
cundum vallem, quæ media est inter ipsum &
mon-



PORTUGAL - BLAEU

Copy in man. DONALD A. HEALD RARE BOOKS
124 EAST 74th STREET
N.Y. 10021 USA
attn. Mr. Donald A. Heald
TE. BAY lot 90931789
de 8 AM Aug 8 1972
385 USD + Transport + Tax